ti et lege investigabili: corrupti sunt mores eorum. Et considerauit seculum. et ecce erat periculum proper cogitationes que in eo aduenierunt. Et vidi et pepercit ei valde. et seruauit mihi acinum de botro. et plantationem de tribu multa. Pererat ergo multitudo que sine causa nata est. et seruetur acinus meus et plantatio mea: quia cum multo labore perfeci. Tu autem si adhuc intromittas septem dies alios: sed non ieunabis in eis: ibis in campum flororum ubi domus non est edificata. et manducabis solum de floribus campi. et carne non gustabis: et vinum non bibes: sed solum solum flores. Deprecare altissimum sine intermissione. et veniam et loquar tecum. Et profectus sum sicut dixit mihi in campum qui vocatur ardath et sedi ibi in floribus. Et de herbis agricola manducaui. et facta est esca carum mihi in saturitatem. Et factum est post dies septem: et ego discumbebam supra fenum. et cor meum iterum turbabatur sicut ante. Et apertum est os meum. et inchoauit dicens eoram altissimum. et dixi: O domine te nobis ostendens ostensus es patribus nostris in deserto. quod non calcatur et in fructuoso: quod erant ex eundem de egipcio. et dicens dixisti: Tu israel audi me et semen iacob intende sermonibus meis. Ecce enim ego semino in vobis legem meam. et faciet in vobis fructum. et glorificabitini in eo per seculum. Nam patres nostri accipientes legem non seruauerunt. et legitima mea non custodierunt. et factus est fructus legis non parentes. Nec enim poterat quoniam tuus erat: nam qui acceperunt perierunt non custodientes quod in eis seminatum fuerat. Et ecce consuetudo est ut cum acceperit terra semen. vel nauem mare. vel vas aliquod escam vel potum: cum fuerit exterminatum id in quo seminatum est. vel in quod missum est: simul id quod seminatum remissum est. vel que suscepta sunt exterminatur. et suscepta iam non manet apud nos. Sed nobis sic non factum est. Nos quidem qui legem accepimus peccates perivimus. et cor nostrum quod suscepit eam. nam lex non periret. sed permanuit in suo labore. Et cum loquereretur hec in corde meo. respexi oculis meis. et vidi mulierem in dextera parte. Et ecce hec lugebat et plorabat cum voce magna. et animo dolebat valde. et vestimenta eius discissa. et cenis sup caput eius. Et dimisi cogitatus in quibus eram cogitans. et conuersus sum ad eam. et dixi ei: Ut quid fles: et quid doles animo? Et dixit ad me. Dimitte me domine meus ut defleam me. et adjiciam dolorem quoniam valde amara sum animo: et humiliata sum valde. Et dixi ei. Quid passa es? Dic mihi. Et dixit ad me: sterilis fui ego famula tua. et non peperi habens maritum annis triginta. Ego enim per singulas horas et per singulos dies et annos triginta hos. depcor altissimum nocte a die. Et factum est post triginta annos exaudiuit me deus ancillam tuam: et vidit humilitatem meam et attendit tribulacioni mee: et dedit

mibi filium. **E**t iocundata sum super eū valde ego et vir meus et omnes ciues mei: et ho norificabamus valde fortē. **E**t nutriti eū cum labore multo. et factum est cum crevissit et venisset accipere uxore: feci diem epuli.

Et factum est cuī in troisset filius meus in thalamo suo: cecidit et mortuus est: et cœrātūs omnes lumina. **E**t surrexerunt omnes ciues mei ad consolandum me: et qui enī vsg in alium diem vsg nocte. **E**t factū est cuī omnes qui euissent ut me cōsolarentur ut q̄e scerem. et surrexi nocte et fugi et veni sicut vi des in hoc campo. et cogito iam non reuerti in ciuitates: sed hic consistere. et neq; mādu care neq; bibere: sed sine intermissione lugere et ieiunare vsg duz moriar. **E**t dereliqui sermones in quibus eram. et respondi cum ira cundia ad eam. et dixi: **S**ulta super omnes mulieres: non vides luctum nostrum et que nobis coniungunt? **N**ūm syon mater nostra omni tristitia contristatur. et humiliata est et luget validissime. **E**t nunc quoniam omnes lugemus et tristes sumus: qm̄ omnes contristati sumus: tu aut̄ contristaris in uno filio. **I**nterroga em̄ terram et dicet tibi: quoniam h̄c est que debeat lugere casū tantorum super eam germinantū. **E**t ex ipsa ab initio omnes nati et aliū venient. **E**t ecce pene om̄es in perditōne ambulat. et extermīnum fit multitudine eorum. **E**t quis ergo debet lugere magis: nisi h̄c que tam magna multitudinē perdidit: q̄ tu que pro uno doles? **H**i autem dices mihi: qm̄ non est planctus meus similis terre: quoniam fructū vētris mei perdi: di quem cum mērorib⁹ peperi. et cum dolorib⁹ genui: terra aut̄ scdm viam terre: abiitq; in ea multitudine pr̄sens: quō euenit et ego tibi dico. **S**icut tu cum labore peperisti: sic et terra dat fructum suum. homini ab initio ei qui fecit eaz. **N**unc ergo retine apud temetipaz dolorē tuū. et fortiter ser qui tibi contigerunt casus. **H**i em̄ iustifi caueris terminū dei et consilium suum. recipies in tempore. et in talibus collaudaberis. **I**ngridere ergo in ciuitatem ad virum tuū. **E**t dixit ad me. Non faciam neq; ingrediar ciuitatem: sed hic moriar. **E**t apposui adhuc loqui ad eam. et dixi: Noli facere hunc fīmonem: sed consenti p̄suadenti. Quot em̄ casus syon. **C**onsolare propter dolores hierusalē. **V**ides enī quoniam sanctificatō nostra deserita effecta est. et altare nostrum demolitum est. et templum nostrum destructum est. et psalterium nostrū humiliatum est. et himnus cōticuit: et exultatō nostra dissoluta est. et lumen cancellari nostri extinctum est. et arca testamen ti nostri direpta est. et sancta nostra contaminata sunt. et nomen quod inuocatum est super nos pene prophanatus est. et liberi nostri contumeliam passi sunt. et sacerdotes nostri suc-

censi sunt. et levite nostri in captivitate abierunt. et virgines nostre coinqūinatę sunt. et mulieres nostre vim passę sunt. et iusti nostri rapti sunt. et paruuli nostri perditi sunt. et iuuenes nostri seruierunt. et fortes nostri iuali di facti sunt. **E**t quod oī maius signaculū syon: quoniam resignata est de gloria sua. **N**ā et tradita est in maib⁹ eorum qui nos oderunt. **T**u ergo excute tuam tristiciā multam. et depone abs te multū iudinem doloruz vt tibi repropicietur fortis. et requiem faciet tibi altissimus. requietōnem laborū. **E**t factū est cuī loquebar ad eā. facies eius fulgebat subito et species: choruscus siebat visus eius: vt essem paucis valde ad eam. et cogitarem qđ esset hoc. **E**t ecce subito emisit sonitum vocis magnum timore plenū: vt cōmoueretur terra a mulieris sono. **E**t vidi. et ecce ampli⁹ mulier non cōparebat mihi: sed ciuitas edifica batur et locus demōstrabatur d̄ fundamētus magnis et timui et clamaui voce magna. et dixi: **U**bi est huriel angelus qui a principio venit ad me. **Q**uoniam ip̄e me fecit veire i m̄ titudine in excessu mentis huius. **E**t factus est finis meus in corruptōnem. et oratō mea in improperium. **E**t cum essem loquēs ego h̄c: ecce venit ad me et vedit me. **E**t ecce erā positus vt mortuus. et intellectus me⁹ aliētus erat. **E**t tenuit dexterā meā et cōfortauit me. et statuit me super pedes meos. **E**t dixit mihi. **Q**uid tibi est: et quare cōturbatus est intellectus tuus. et sensus cordis tui: et quare conturbaris? **E**t dixi: **Q**uoniam dereliq̄sti me. **E**t ego quidē feci h̄m sermones tuos. et exiui in campū. et ecce vidi et video quod n̄ possuz enarrare. **E**t dixit ad me **S**ta vt vir et cōmouebo te. **E**t dixi: **A**querere dñe meus tu in me. **N**oli me derelinquere vt n̄ frustra moriar. quoniam vidi que nō sciebas. et audio que non scio. **A**ut nunquid sensus meus fal litur: et anima mea sup̄emat? **N**unc ergo dep̄ cor te: vt demōstres seruo tuo d̄ excessu hoc. **E**t respōdit ad me. et dixit: **A**udi me et doceā te. et dicam tibi de quibus times: quoniam altissimus reuelabit tibi mysteria multa. **C**lidit rectā viam tuaz: quoniam sine intermissione cōtristabar pro populo tuo. et valde lugebas propter syon. **D**ic ergo intellectus visionis que tibi apparuit ante paululum. **Q**uā vidisti lugētem inchoasti cōsolari eaz. **N**ūc aut̄ iā speciez mulieris nō vides. sed apparuit tibi ciuitas edificari. et quoniam enarrabat tibi de casu filij sui. **H**ec absolutio est. **H**ec mulier quam vidisti. h̄c est syō. et quoniam dirit tibi quam et nunc conspicies. vt ciuitatem edificatam. **E**t quoniam dixit tibi qđ sterilis fuit annis triginta. propter quod erant anni. l. triginta quando erat in ea adhuc oblatio ablata. **E**t factum est post annos triginta edificauit salomon ciuitates et obtulit oblatōnes: tunc fuit quando peperit steriles filium. **E**t quod tibi dixit: quoniam nutrit eū cum labore: hoc erat habitatio i hierusalē.

Et quoniam dixit tibi q̄ filius meus venies
in suo thalamo mortuus eset. et contigisset
ei casus: hoc erat que facta est ruina hierusa-
lem. Et ecce vidisti similitudinem eius. et qm̄
filium lugeret. inchoasti consolari eam. et de
bis que contigerunt hęc erant tibi aperiens
da. Et nunc videt altissimus qm̄ ex animo cō
tristatus es. et qm̄ ex toto corde pateris pro
ea: ostendit tibi claritatem glorie eius: et pul-
critudinem decoris eius. Propterea em̄ di
xi tibi ut maneres in campo ubi domus non
est edificata. Sciebam em̄ ego qm̄ alt̄ s̄m̄
incipiebat tibi ostendere hęc: propterea dixi
tibi ut venires in agrum ubi non est funda-
mentum edificij. Nec enim poterat opus e-
dificij homis sustineri in loco ubi incipieba-
tur altissimi ciuitas ostendi. Tu ergo noli ti-
mere neq; expauescat cor tuum: sed ingrede-
re et vide splendorez et magnitudine edificij
quantū capax est tibi visu oculorū videre. et
post hęc audies quantū capit auditus aur-
um tuarū audire. Tu enim beatus es pre ml̄
tus. et vocatus es apud altissimū. sicut et pau-
ci. Nocte aut̄ que in crastinum futura est ma-
nebis hic. et ostendet tibi altissimus eas visio-
nes supremorū que faciet altissimus his qui
habitant super terrazzā nouissimis diebus.
Et dormiū illā noctē et aliā: sic dixerat mibi.

C. - XI.

Et vidi somnium et
ecce ascendebat de mari aquila;
cui erant duodecim ale pennarū
et capita tria. Et vidi et ecce erpandebat alas
suas in omnem terram. et omnes venti celi i
sufflabant in eam et colligebantur. Et vidi et
de pennis eius nascebantur contrarie pene,
et ipse siebant in pennaculis minutis et mo-
dicas. Nam capita eius erant quiescentia. et
dimidium caput erat maius aliorum capitū
sed ipsa quiescebat cuz eis. Et vidi et ecce aq
la volavit in pennis suis. et regnauit sup ter-
ram et super eos qui habitant in ea. Et vidi
quoniam subiecta erant ei oia sub celo. et ne
mo illi contradicebat. neq; unus de creatura
que est super terram. Et vidi. et ecce surrexit
aquila super vngues suos. et misit vocē pen-
nis suis. dicens: Nolite omnes simul vigi-
lare: dormite unusquisq; in loco suo. et p̄ te-
pus vigilate. Capita autem in nouissimo ser-
uentur. Et vidi. et ecce uox non eribat de ca-
pitibus eius. sed de medietate corporis ei⁹.
Et numeraui contrarias pennas eius. et ecce
ipse erant octo. Et vidi. et ecce a dextera par-
te surrexit vna penna. et regnauit super om-
nem terram. Et factum est cum regnaret. ve-
nit ei finis. et non apparuit locus eius. et se-
quens exurrerit. et regnabat. Ipa multum te-
nuit tempus. Et factum est cum regnaret: et
veniebat finis eius ut non appareret sicut p̄
or. et ecce vox emissā est illi. dicens: Audi tu
que tanto tempore tenuisti terram. Decan-
nuncio tibi anteq; incipias non apparere.

Nemo post te tenet tempus tuum: s̄ nec
dimidium eius. Et leuauit tercia et tenuit pr̄
cipatum sicut et priores. et non apparuit et ip-
sa. At sic contingebat et oībus alijs singilla
tim principatum gerere. et iterum nūsc̄ com-
parere. Et vidi: et ecce in tempore sequentes
penne erigebatur a dextera parte ut teneret
et ip̄e pncipatū. et ex his erant q̄ tenebant: s̄
tamen statim non cōvatescebant. nam et aliq
ex eis erigebantur: sed non tenebāt pncipa-
tum. Et vidi post hec: et ecce non comparue-
runt duodecim penne et duo pennacula. et ni-
hil supererat in corpore aquile nisi duo capi-
ta quiescentia et sex pennacula. Et vidi: et ec-
ce sex pennaculis diuisi sunt due. et manserūt
sub capite quod est ad dexteram partem. Nā
quattuor manserunt i loco suo. Et vidi: et ec-
ce hec subalares cogitabant se erigere: et te-
nere pncipatū. Et vidi et ecce una erecta ē: s̄
statim nō cōparuit. Et secunde velocius q̄ p̄
ores nō comparuerūt. Et vidi: et ecce due q̄
superauerunt apud semetipsas cogitabant
et ipse regnare. et i eo cū cogitarent. ecce vnu
quiescentium capitū quod erat medium eui
gilabat. Hoc enim erat duorum capitū mal⁹.
Et vidi quoniam completa sunt duo capita
secum. et ecce cōuersum est caput cū his q̄ cuz
eo erant. et comedit duas subalares que co-
gitabāt regnare. Hoc aut̄ caput p̄cōterruit
omnem terram. et dominabatur in ea his q̄
habitant terram cum labore multo. et poten-
tatum tenuit orbis terrarum super oēs alas
que fuerunt. Et vidi post hec: et ecce mediū
caput subito non comparuit. et hoc sicut ale.
Sepauerunt aut̄ duo capita: que et ipsa si
milter regnauerunt sup terram. et super eos
q̄ habitāt i ea. Et vidi. et ecce duorūt caput a
dextera parte illud q̄ a leua. Et audiui vo-
cem dicentem mihi: Consipe contra te. et cō-
sida quod vides. Et vidi: et ecce sicut leo con-
titutus d̄ silua rugiēs. et vidi quoniam emit-
tebat vocem: hominis ad aquilam. Et dixit
dices. Audi tu et loquar ad te. et dicit altissim⁹
tibi. Nonne tu es qui supasti d̄ quatuor aia-
libus que feceram regnare in seculo meo: et
vt per eos veniret finis temporū eoz. Et quar-
tus venies deuicit oia aialia que trāsterunt.
et potentatu tenuit seculum cum tremore ml̄
to. et omnem orbem cum labore pessimo. et i
habitauit tot temporibus orbē terrarū cuz do-
lo. Et iudicasti terram non cum veritate. Tri-
bulasti enim mansuetos. et lessisti quiescētes.
et dilexisti mēdaces. et dstruxisti habitatōes
eorum qui fructificabāt. et humiliasti muros
eorum qui te non nocuerunt. Et ascēdit con-
tumelia tua ad altissimū. et supbia tua ad for-
ē. Et resperit altissimus supba tempora. et ec-
ce finita sunt. et scelera ei⁹ plēta sunt. Pro-
pterea non appareas tu aquila et a' te hor-
ribiles. et pēnacula tua pessima. et capita tua
maligna. et vngues tui pessimi. et omne cor-
pus tuum vanum: ut refrigeretur oīs terra.
et reuertat liberata d̄ tua vi. et speret iudiciū

et misericordiam eius qui fecit eam.

C. - XII.

Et factum est dum loqueretur leo uerba hęc ad aquilam. Et vidi: et ecce quod superauerat caput, et non comparuerunt quattuor aequaliter que ad eum transierunt et erēcte sunt ut regnarent, et erat regnum eorum exile, et tumulus plenus. Et vidi: et ecce ipsa non apparebant, et omne corpus aquile incendebatur, et expauscebatur terra valde. Et ego a tumulus et excessu metis, et a magno timore vigiliui, et dixi spiritui meo. Ecce tu prestatisti mihi hoc: in eo quod scrutaris vias altissimi. Ecce ad huc fatigatus sum animo, et spiritu meo invalidus sum valde, et nec modica est in me virtus a multo timore quod expauit nocte hac. Nunc ergo orabo altissimum ut me confortet usque in finez. Et dixi: Dominator domine si inueni gratiam ante oculos tuos, et si iustificatus sum apud te pro multis: et si certe ascendit deprecatio mea ante faciem tuam: conforta me, et ostende seruo tuo mihi interpretationem et distinctionem visus horribilis huius: ut plenissime consoleris animam meam. Dignus enim me habuisti ostendere mihi temporum novissima. Et dixit ad me. Hec est interpretatio visionis huius. Aquilam quam vidisti ascendentem de mari: hoc est regnum quod visum est in visione danieli fratri tuo. Sed non est illi interpretatus: quoniam ego nunc tibi interpretor. Ecce dies veniunt, et exurget regnum super terram, et erit timor acrior omnium regnorum que fuerunt ante eum. Regnabunt autem in ea reges duodecim: unus post unum. Nam secundus incipiet regnare, et ipse tenebit amplius tempus pro duodecim. Hec est interpretatio duodecim alarum quas vidisti. Et quam vidisti vocem quam locuta est non de capitibus eius exirentem: sed de medio corporis eius: hec est interpretatio. Quoniam post tempus regni illius nascetur intentiones non modice, et periclitabitur ut cadat et non cadet tunc: sed iterum constituetur in suum initium. Et quoniam vidisti subalares octo coherentes alii eius: hec est interpretatio. Exurget in ipso octo reges: quorum erunt tria leuia et anniciati, et duo quidem ex ipsis pariet. Appropinquarent autem tempore medio: quattuor seruabuntur in tempore: cum incipiet appropinquare tempus eius ut finitur. Due vero in finem seruabuntur. Et quoniam vidisti tria capita quiescentia: hec est interpretatio. In novissimis eius suscitabit altissimum tria regna et reuocabit in ea multa, et dominabitur terra, et qui habitant in ea cum labore multo super omnes qui fuerunt ante hos. Propterea ipsi vocari sunt capita aquile. Iti enim erunt qui recapitulabunt impieates eius, et qui perficiant nouissima eius. Et quoniam vidisti caput maius non apparet: hec est interpretatio eius. Quoniam unus ex eis super

lectum suum morietur, et tamen cum tormentis. Nam duo qui pseuerauerit: gladii eos comedet. Unius enim gladius comedet quod cuz eo: sed tamen hic gladio in nouissimis cadet. Et quoniam vidisti duas subalares trajectes super caput quod est in dextera parte: hec est in interpretatio. Hic sunt quos conseruavit altissimus in finem suum: hoc est regnum exile et turbationis plenum. Hic vidisti et leo nez quem vidisti de silua euigilatorem, et rugientem et loquentem ad aquilam et arguentem eam et in iusticias ipsius per omnes sermones eius sicut audisti: hic est ventus quem seruavit altissimus in finem ad eos et impietas ipsorum et arguit illos, et incuriet coram ipsis scriptores eorum. Statuerit enim eos in iudicium viuos, et erit cum arguerit eos: tunc corripiet eos. Nam residuum populi meus liberabit cum miseria: qui saluati sunt super fines meos, et iocundabit eos quoadusque veniet finis dies iudicij de quo locutus sum tibi ab initio. Hoc somnum quod vidisti, et he interpretaciones. Tu ergo solus dignus fuisti scire altissimi secretum hoc. Scribe ergo oia ista in libro que vidisti, et pone ea in loco abscondito, et docabis ea sapientes de populo tuo: quorum corda scis posse capere et seruare secreta hec. Tu autem adhuc sustine hic alios dies septem ut tibi ostendatur quidquid visus fuerit altissimo ostendere tibi. Et profectus est a me. Et factum est cum audisset omnis populus quoniam pertransierunt septem dies, et ego non fuistis reuersus in ciuitatem, et cogredi gauit se ois a minimo usque ad maximum, et venit ad me, et dixerunt mihi. dicentes: Quid peccauimus tibi: et quid iniuste egimus in te quoniam derelinques nos: sedisti in loco hoc. Tu enim nobis superes solus ex omnibus populis sicut bostrus de vinea, et sicut lucerna in loco obscuro, et sicut portus et nauis saluata a tempestate. Aut non sufficiunt nobis mala que stingunt? Si ergo tu nos dereliqueris: quanto nobis erat melius si esset nus succensi: et nos cum incendio syon? Nec enim nos sumus meliores eorum qui ibi mortui sunt. Et pro rauerunt voce magna. Et respondi ad eos, et dixi: Solide israel: et noli tristari tu domus iacob. Et enim memoria vestra coram altissimo et fortis non est oblitus vestri in temptatione. Ego enim non dereliqui vos neque exessi a vobis: sed veni in hunc locum ut depcarer pro desolatione syon: ut quererem misericordiam pro humiliitate sanctificationis vestre. Et nunc ite unusquisque vestrum in domum suam, et ego veniam ad vos post dies istos. Et profectus est populus sicut dixi in ciuitate. Ego autem sedi in campo septem diebus sicut mihi mandauit: et manducabam de floribus solium agri, et herbis facta est esca mihi in diebus illis.

C. XIII.
Et factum est post dies septem: et somniaui sonus

nocte. Et ecce de mari ventus exurgebat: ut conturbaret omnes fluctus eius. Et vidi: et ecce conualescebat ille homo cum nubibus celi: et ubi vultum suum vertebat ut consideraret: tremebant omnia que sub eo videbantur: et vibicūq; exiebat vox de ore eius: ardescabant omnes qui audiebant voces eius. sicut quiescit terra quādō senserit ignem. Et vidi post hēc: et ecce congregabatur multitudine hominū quo nū non erat numerus de quatuor ventis celi: ut debellarēt hominem q; ascenderat d' mari. Et vidi: et ecce subimēt ipsi sculpsierat montem magnum: et volauit super eū. Ego autē quēsui videre regionem vel locū unde sculpius esset mons: et nō potui. Et p^o hēc vidi: et ecce omnes qui cōgregati sunt ad eum ut expugnarent eū: timiebant valde: nū audiebant pugnare. Et ecce ut vidi impetus multitudinis venientis non leuauit manus suam: neq; frameam tenebat: neq; aliquod vas bellicosum nisi solūmō ut vidi: quoniam emisit de ore suo sicut flāum ignis: et de labiis eius spūs flāmē: et de lingua eius emittebat scintillas: et tempestates: et mixta sunt oia simul hic flat^o ignis: et spūs flāmē: et multitudine tempestatis: et concidit super multitudinem in impetu que preparata erat pugnare: et succedit omnes: ut subito nichil videatur de innumerabili multitudine: nisi solū mō puluis et fumi odor. Et vidi: et extimui. Et post hoc vidi ipsum hominem descendenter de monte: et vocantez ad se multitudinem aliam pacificam: et accedebat ad eū: vultus hominum multorum quorundam gaudentiū: quorundam tristantiū: aliqui vero alligati aliqui adducentes ex eis qui offerebantur. Et egrotavi a multitudine paucis: et expres-
cis sū: et diri. Tu ab initio demōstrasti seruo tuo mirabilia hēc: et dignum me habuisti ut suscipes deprecationem meam: et nunc demonstra mibi adhuc interpretationem somniū huius. Sicut enī existimō in sensu meo: ve qui derelicti fuerint in diebus illis. Et multo plus ue his qui nō sunt derelicti. Qui enī non sunt derelicti tristes erāt. Intelligo nūc que sunt reposita in nouissimis diebus: et occurrit eis: sed et his qui derelicti sunt. Propter hoc venerūt enim in pericula magna: et necessitates multas: sicut ostendunt somnia hēc. Atramen facilius est periclitantem venire in hunc q; pertransire sicut nubem a seculo: et nūc videre que contingūt in nouissimo. Et respondit ad me: et dixit. Et visionis interpretationem dicā tibi: et de quib^o locutus es adaperias tibi. Quoniam de his diristi qui derelicti sunt: hēc est interpretatio. Qui aufer periculum illo tempore: hic se custodivit. Qui in periculo inciderunt: hi sunt q; habent opera et fidem ad fortissimum. Sicut ergo quoniam magis beatificati sunt qui derelicti: super eos qui mortui sunt. Nec interpretatio visionis. Quia vidisti virum ascendētem de corde maris: ipse est que p̄seruauit altissimus

multis temporibus: qui per se metiū liberabit creaturā suā: et ipse disponet qui de relictū sunt. Et qm̄ vidisti d' ore eius exire ut spūm et ignē: et tempestate: et qm̄ non tenebat frameam: neq; vas bellicosum: corrupti em̄ impetus eius multitudinem que venerat ex pugnare eum: hēc est interpretatio. Ecce dies veniunt quando incipiet altissimus liberare eos qui super terram sunt et veniet in excelsū mentis super eos qui inhabitant terram. Et aliū alios cogitabū debellare: ciuitas ciuitatem: locus locum: et gens aduersus gentē et regnum aduersus regnum. Et erit cum finit hēc: et contingent signa que ante ostendi tibi et tūc reuelabitur filius meus: quem vidisti ut virum ascendentē. Et erit: quādō audierint omnes gētes vocē eius: et dereliquerunt viuisquis q; in regione sua bellum suum qd̄ habent ad alterutru: et colligetur in viū mulitudine innum erabilis: sicut volentes venire et expugnare eum. Ipse autē stabit super cācumen montis syon. Syon autē veniet et ostē detur omnibus parata et edificata sicut vidisti montem sculpi sine manib^o. Ipse autē filius meus arguet que adiuuerūt gentes impie rates eorum bas: que temptasti appropinquarent propter mala cogitationia eorū et cruciamenta quibus incipient cruciari: q; as similatē sunt flāmē: et perdet eos sine labore per legem q; igni assimilata est. Et quoniam vidisti eu colligentem ad se alia multitudinem pacificā: he iunt decem tribus q; captiūe facte sunt de terra sua in dieb^o oīeg regis quez captiūum duxit salmanasar rex assiriorum: et transfluit eos trans flumen: et translati sunt in tetram aliam. Ipsi autē sibi dederūt consilium hoc ut derelinquerent multitudinem gentium: et proficiscerent in ulteriore regione vbi nunq; inhabitauit genus humānū vel ibi seruare legitima sua que non fuerant seruantes in regione sua. Per introitus autē angustos flumis eufraten introierunt. Fecit enī eis tunc altissimus signa: et statuit venas fluminis usquequo transirent. Per eam enī regionem erat via multa itineris anni vni^o et dimidiū: nā regio illa: vocatur azareth. Tūc inhabauerunt ibi vleg in nouissimo tempore: et nunc iterum cum ceperint venire: iterū altissimus statuet venas fluminis ut possint transire: propter hēc vidisti multitudinez cū pace. Sed et q; derelicti sunt de populo tuo: hi sunt qui inueniuntur intra terminū meū. Factum erit ergo quādō icipiet perdere multitudinem eārū que collecte sunt gentes: proteget eos qui supauerūt populū: et tunc ostēdet eis multa plurima portenta. Et dixi ego: Dominator domine hoc mihi ostēde propter quod vidi virū ascendentem de corde maris. Et dixit mihi. Sicut non potes hec vel scrutari vel scire que sunt in profundo maris: sic non poterit quisq; super terram videre filiū meū: veleos qui cum eo sunt nisi in tempore diei. Nec ē interpretatio somniū quod vidisti

C. XIII Esdræ. Quartus C. XV

et propter quod illuminatus es hic solus. De reliqui em tuam. et circa meam vacasti le gem et quesisti. Utam em tuam disposuisti sapientia. et sensum tuum vocasti matrem. Et propter hoc oñdi tibi merces apud altissimum. Erit enim post alios tres dies: ad te alia lo quar. et exponam tibi grauia et mirabilia. Et profectus sum et t. ansi in campum. multum glorificans et laudans altissimum de mirabilibus que per tempus faciebat. et quoniam gubernat ipsuz et que sunt in temporibus illata. Et sedi ibi tribus dieb^z. C. - XIV.

Et factum est tertio die. et ego sedebam sub queru. Et ecce vox eruit contra me de ru bo et dicit: Esdra esdra. Et dicit: Ecce ego domine. Et surrexi super pedes meos. Et dicit ad me: Reuelans reuelatus sum super rubrum. et locutus sum moysi quando populus meus seruiebat in egypto. et misi cu et eduxi populum meuz de egypto. et adduxi eum super montem syna. et detinebam eum apud me diebus multis. et enarravi ei mirabilia multa. et ostendi ei tempoz secreta et finem. et precepit ei. dicens: Hoc in palam facies verba. et hæc abscondes. Et nunc tibi dic: signa que demonstravi. et somnia que vidi. et interpretationes quas tu vidisti in cor de tuo repone ea. tu enim recipieris ab omnibus. conueteris residu^z cu consilio meo et cum similibus tuis: vobis quo finiantur tempora. Quoniam seculuz perdidit iuuentute suam. et tempora appropinquant senescere. Duodecim enim partibus diuisuz est seculu. et transierunt eius decima et dimidium decime partis. supersunt autem eius post medium decimam partis. Nunc ergo dispone domu tuam. et corripe populum tuum et consolare humiles eorum. et renuncia iam corruptele. et dimitte abs te mortales cogitationes. et proice abs te pondera humana. et exire te iam ista mā natura. et repone in ynā pte molestissima tibi cogitamenta. et festina transmigrare a temporibus his. Que eni vidisti nunc cogitasse mala iterū horū defiora facient. Quantū enim in ualidū fiet seculū a senectute: tantū multipli cabūnur sūg inhabitates mala. Prolo gauit eni se magis veritas et appropinquavit mendacium. Jam eni festinat venire quā vidisti visionē. Et respōdi. et dixi coram te domine: Ecce ei ego abibō sic p̄cepisti mibi. et corripiā p̄sentē populum. Qui autē iterū nati fuerit quis cōmonebit? Positū est ergo seculū in tenebris et qui inhabitant in eo sine lumine. Qm̄ let tua incensa est: prop̄ qd nemo scit q̄ a te facta sunt vel que incipient opa. Si eni iueni in te gratiā. imitte ī me spiritū sanctum et scribā omne qd factū est in seculo ab initio q̄ erat in lege tua scripta ut possint homines iuuenire semitā. et qui voluerint viuere in nouissimis viuant. Et respondit ad me et dixit: Vnde congrega populū. et dices ad eos: vt

nō grānt te diebus quadraginta. Tu autem p̄para tibi buros multos. et accipe tecū sareā dab̄ rā selemiā. echanū et asiel quinq̄ bos: q̄ pati sunt ad scribendū velociter. Et venies huc. et ego accendā in corde tuo lucernam intellectus que non extigetur quoadusq̄ fi niatur q̄ incipies scribere. Et tunc perfectis quedam palam facies. quedam sapientibus absconde trades. In crastinū enī hac hora in cipies scribere. Et pfect^z sū sicut mihi p̄cepit et cōgregau omniē populū. et dixi. Audi ista helverba hæc. Peregrinati sunt patres nostri ab iniū i egypto. et liberati sūt in d. et ac ceperūt legem vitę quam non custodierunt. quā et vos post eos trāsgressi estis. et data est vobis terra in sorte. et terra sion. et patres vestri et vos iniqtatem fecistis. et non seruastis vias quas p̄cepit vobis altissimus. et iustus iudex cu sit abstulit a vobis in tpe qd dona uerat. Et nunc et vos hic estis. et fratres vestri introrsum vestrū sūt. Si ergo impauritis se sui vestro. et erudieritis cor vestrū viui conservati eritis et post mortē misericordiā cōse quāmini. Judiciū enī post mortē veniet. qn̄ item reuiuiscemus. et tunc iustorū noia parebunt. et impiorū facra oñdeniur. Ad me igit̄ nemo accedat nunc neq̄ requirat me vſq; dī es qdraginta. Et accepi quinq̄ viros sicut mādauit mibi. et profecti sumus in campū. et māsumus ibi. Et factus sū in crastinū. et ec ce vox vocauit me: dicens: Esdra aperi os tuū. et bibe quo te potauerero. Et apui os meū et ecce calix plenus porrigebat mibi. Hoc erat plenū sicut aqua: color aut eius ut ignis similis. Et accepi et bibi: et in eo cu bibilem cor meū cruciabatur intellectu: et pecūli meū icrescebat sapia. Nā spiritus meus combu ha: ut memoria. Et apertū est os meū: et non est clausū aplius. Alassisus dedit intellectū quinq̄ viris: et scripserunt q̄ dicebātur excessiōes noctis quas nō sciebant. Nocte autē māducabant panē: ego autē per diē loquebar et per noctē non iacebā. Scripti sunt autē p quadraginta dies libri ducenti quatuor. Et factū est cu cōplessent quadraginta dies: locutus est altissimus: dicens: Priora q̄ scripsi in palā pone. et legant digni et idigni: mo uissimos autē septuaginta cōseruabis ut tradas eos sapientibus de populo tuo. In his enī est vena intellectus: et sapiētē fons et sciētē flumen. Et feci sic. C. - XV

Et ce loquere in au res plebis mee s̄mones proprie quos immisero in os tuū dicit dñs: et fac ut in cartha scribātur qm̄ fideles et veri sunt. Ne timeas a cogitati onibus aduersū te: nec turbent te incredulitatis dicentium. qm̄ ois incredulisi incredulitate sua morierur. Ecce ego induco dictū do minus super orbem terrarū mala gladium et famē et mortē et interitū: propter qd suppōlit iniquitas oēm te irā et adimpleta sūt opa.

nociua illorū. Propterea dicit dominus. Nam non silebo de impietatibus eorum quae irreligiose agunt. nec sustinebo in his quae inique exerceat. Ecce sanguis innoxius et iritis clamat ad me. et animi iustorum clamant persequenter. Vindicans vindicabo illos dicit dominus. et accipiam omnē sanguinem innoxium ex illis ad me. Ecce populus meus quasi gret ad occisionem ducitur: iam non patiar illum habitare in terra egypti: sed educam eum in manu potenti et brachio excelso. et percutiam plagam sicut prius: et corrumperem omnē terrā eius. Lugebit egyptus et funda menta eius plaga verberata et castigatione quas inducit ei deus. Lugebunt cultores operantes terram: quoniam deficit semina eorum ab vredine et grandine. et sidere terribili. Vt seculo et qui habitant in eo: quia appropinquauit gladius et contritio eorum. et exurget gens super gentē ad pugnā. et rhom phea in manibus eorum. Erat enim incōstabilitas hominibus et alijs alij inualescentes nō curabunt regem suū et principes: viē gestorū suorū in potentia sua. Occupiscet eum homo in ciuitatez ire. et non poterit. Propter sup biam eum eorū ciuitates turbabuntur: domini exterentur. homines metuent. Non miserebitur homo proximum suum ad irruum tacendum domos eorum in gladiū: ad diripiendas substantias eorum prope famē panis et tribulationem multā. Ecce ego conuoco dicit deus omnes reges terrę ad me vcrendum qui sunt ab oriente et ab austro. ab euro et a libano ad conuertendos in se. et reddere quae derunt illis. Sicut faciūt vscq; hodie electis meis. sic faciam et reddaz in sinu eoru. Hec dicit dominus deus. Nō parcer dextera mea super peccatores: nec cessabit rhomphea super effudentes sanguinem innoxiū super terram. Erunt ignis ab ira eius. et deuorauit fundamenta terre. et peccatores quasi strame incensum. Vt eis qui peccat et non obseruat mandata mea dicit dominus. Non parcam illis. Discedite filij a potestate: nolite contaminare sanctificatiōnem meaz: quoniam nouit dominus omnes qui delinquunt in illū. Propterea tradidit eos in mortem et in occisionē. Nam emi venerunt super orbē terrarū mala. et manebitis in illis. Non enī liberabit vos deus propter quod peccastis in euz. Ecce visio horribilis: et facies illius ab oriente. Et erient nationes draconū arabū in currīb multīs. et sicut flavis eoru numerus feretur super terram: ut iam timeant et trepident omnes qui illos audient carmoniā insanientes in ira: et erient ut apri de silua. et aduenient virtute magna. et constabūt in pugnam cū illis. et vastabunt portōnem terrę assiriorū. Et p̄ hoc supinaleſcēt dracones natiuitatis suę memores. et conuertent se conspirantes in vir tute magna ad persequendos eos. Isti turabuntur et silebūt in virtute illorū. et conuer tent pedes suos in fugā. et territorio assirio-

rum subfessor obſedebit eos. et sumet vnuſ et illis. et erit timor et tremor in exercitu illorum. et contentio in reges ipsorum. Ecce nubes ab oriente et a septentriōne vscq; meridiānum. et facies earnm horrida valde plena ire et procelle. Et collident se inuicez. et collidēt ſidus copiosum super terrā et ſidus illorum. et erit sanguis a gladio vscq; ad ventrem. et firmitas hominis vscq; ad ſubſtrāmē camelī. Et erit timor et tremor multis super terram. et horrebūt qui videbunt iram illaz. et tremor apprehendet illos. Et post hec mouebuntur nimbi copiosi a merid. ano et septētrione. et porcio alia ab occidente. Et ſupinualeſcēt vēti ab oriente. et recludent eam. et nubez quā ſuſtituit in ira. et ſidus ad faciendam exterritatem violabitur. Et exaltabuntur nubes magne et valide plene ire et ſidus. ut exterrant omnē terrā. et inhabitātes eam. et infūdet ſuper omnē locū altū et eminēt ſidus terribile. ignē et grandinem et rhompheas volatēs et aquas multas: ut etiā implenat omnes capi et omnes riui plenitudine aquarū multarū. Et demolicentur ciuitates et muros et mōtes et colles et ligna ſilvaz. et ſēnū prato ruin et frumenta eoru. Et transibūt cōſtantēs vscq; babylonem. et exterrēt eā: et effūdet ſidus et omnē iram ſuper eā. Et ſubibit puluis et fumus vscq; in celū: et oēs in circūtu lugebunt eam. et qui ſub ea remāſerint ſe: uictris hi qui exterruerūt. Et tu asia p̄cors in ſpē babilois et gloria persone eius: vē tibi misera. propter quod assimilasti ei: et ornasti filias tuas in fornicatiōne ad placendū et gloriandum in amatoribus tuis qui tecum ſemper cupierūt fornicari. O dibilem imitata es in omnib; opibus eius et in adiumentōnibus eius. propterea dicit deus. Inmittam tibi mala: viduitatem: paupratiem: et famez et gladium et pēstem ad deuastādas domos tuas a violatio ne et morte et gloria virtutis tuę. Sicut flos ſiccabitur cum exurget ardoz qui emiſſus est ſuper te: infirmaberis ut paupercula plaga ta et castigata a mulieribus ut non poſſint te ſuſcipere potentes et amatores. Nunquid ego ſic zelabo te dicit dominus: niſi occidiſſes electos meos in omni tempore exaltans p̄cussionem manuum. et dīceres ſuper mortē eoz cum inebrīata eſſes exorna ſpecie vultus tui? Perces fornicatiōis tuę in ſinu tuo: propter hoc redditōne accipies. Sicut faciſ electis meis dicit dominus. ſic faciet tibi deus et tradet te in malū. Et nati tui fame iterent et tu rhōphea cades. et ciuitates tuę conterentur et omnes tui in campo gladio cadēt. Et qui ſunt in montibus fame peribunt. et manducabunt carnes suas et ſanguinem bibent a fame et ſitī aque. Infelix p̄ maria vices et rurſum accipies mala et in trāſtru alidunt ciuitatē occīſam et exterrēt aliquā pōtionē frē tuę et partē glorie tuę extīminabunt

rursum reuertentes cōuersam. Et demolita eris illis p̄ stipula. et ipsi erunt tibi ignis. et duorabūt te et ciuitates tuas. terra tua et mōtes tuos: omnes silvas tuas. et lignū fructiferum igni comburent. Filios tuos captiuos ducent. et censum tuum in p̄dam habebunt. et gloriam faciei tue exterminabunt.

xvi.

Tibi babilon et a sia. ve tibi egypte et syria. Prece gite vos saccis et cilicis. et plagi te filios vestros et dolete: quoniam appropi quavit contritio vestra. Immissus est vobis gladius. et quis est qui auertat illum? Immissus est in vobis ignis. et quis est qui extinguat illum? Immissa sunt vobis mala. et q̄s est qui repellat ea? Nunquid repellet aliquis leonem esurientē in silua: aut extinguet ignē in stipula mortis qui cepерit ardere? Nunquid repellet aliquid sagittā a sagittario forti missā? Dominus fortis immittit mala. et quis est qui repellat ea? Erigit ignis ex iracundia eius. et quis est qui extinguat eum? Aboruscabit et q̄s n̄ tiebit? Tobabi: et q̄s n̄ paucabit? Domini n̄ minabit: et q̄s n̄ funditus cōteret a facie ipsi? Terra tremuit et fundamenta eius. mare flu enciat de profundo. et fluctus eius disturbabuntur. et pisces eius a facie domini. et a gloria virtutis eius. quoniā in foris dextera ei⁹ que arcum tendit: sagitte eius acutæ que ab ipso mittuntur: nō deficient cuj⁹ ceperint miti in fines terræ. Ecce mituntur mala et nō re uertentur donec veniant super terrā. Ignis succenditur: et nō extinguetur donec conlumat fundamēta terre. Quēadmodū nō redit sagitta missa a valido sagittario. sic nō reuertentur mala que missa tuerint in terram. Ce mibi. ve mibi. Quis me liberabit in illis die bus. Initium dolorū et multi gemitus: initium famis et multi interitus: initium bellorum et formidabunt potestates: initium malorum et trepidabūt omnes. In his quid faciaz cum venerint mala? Ecce fames et plaga et tribulatio et angustia missa sunt flagella in emēdatione. et in his omnibus se nō cōuertet ab iniquitatibus suis. neq; flagellorū memores erunt semper. Ecce erit annone vilitas super terram. sic ut putent sibi esse directam pacem. et tunc germinabunt mala super terram. gladii. fames. et magna confusio. A fame enim plurimi qui inhabitant terrā interierint. et gladius perdet ceteros qui supauerint a fame. et mortui sicut stercoz proiuentur. et non erit qui consoletur eos. Derelinquuntur em̄ terra deserta. et ciuitates eius deūcident. Nō derelinquetur qui colat terrā. et qui seminet eā. ligna dabūt fructus: et quis vindemiabit illa. Quia matura fiet. et quis calcabit illam. Erit enim locis magna desertio. Lupi et em̄ homo hominē videre: vel vocem eius audire. Relinquentur enim de ciuitate decem. et duo de agro qui abscondent se in densis ne

moribus et scissuris petrarū: quemadmodū dū derelinquuntur in oliueto et singulis arboribus tres aut quatuor olivæ. aut sicut in vinea vindemiata racemī relinquuntur ab his qui diligenter vinea scrutantur: sic relinquentur i diebus illis tres aut quatuor scruntantibus domos eorū in rhombēa. Et reliquerunt terra deserta. et agri eius inuenientur et viē eius et omnes seminē eius germinabūt spinas. eo q̄ nō trāsient hoies per eam. Lugebunt virgines non habentes sponsos: lugebunt mulieres non habentes viros. Lugebunt filii earum non habentes adiutorium sponsi earum. In bello consumerunt. et vires earum in fame exterinentur. Audite vero ista et cognoscite ea serui domini. Ecce verbum domini. excipite illud: ne dūs credatis: de quibus dicit dominus. Ecce appropinquat mala et non tardant. Quēadmodū pregnans cum parit in nono mense filium suum appropinquante hora partus eius: ante horas duas vel tres dolores circūcunt ventrem eius et prodeunte infante de ventre non tardabūt uno punto. sic non morabuntur mala ad p̄deundum super terrā. et seculū gemet. et dolores circumtenebunt illud. Audite verbum plebs mea. Parate vos in pugnam. et i malis estote quasi aduenē terre. Qui vendit q̄si fugiat. et qui emit quasi qui perditur? Qui mercatur quasi qui frumentū non capiat. et q̄ edificat quasi non habitaturus. Qui semiat quasi qui non metet. sic et qui vineam purat quasi qui non vindemiaturus. Qui nubunt sic quasi filios non facuri: et qui non nubunt sic quasi vidui: propter quod qui laborant sine causa laborant. Fructus em̄ illorū alienigenæ metent. et substantiam illorum rapient et domos euertent. et filios eorum captiuvabunt. quia i captiuitate et fame generant nationes suos. Et qui negotiantur i rapina quantum diu exornant ciuitates et domos suas et possessiones et personas suas: tanto magis adzelabor eos super peccata sua dicit dominus. Quō zelatur fornicaria mulierem idoneam et bonam valde. sic zelabitur iustitia i iniquitatem cum exornat se: et accusat eam i facie cum venerit qui defendat exquirentē omnē peccatum super terram. Propterea nolite similari ei nec operibus eius: quoniam adhuc pusillum. et tolletur iniquitas a terra. et iusticia regnabit in vos. Non dicat peccator se non peccasse: quoniam carbones ignis cōburet super caput eius qui dicit. Non peccauit coram deo et gloria ipsius. Ecce dominus cognoscet omnia opera hominū et adiunctiones illorum et cogitationes illorum et corda illorum. Dicit enim: fiat terra et facta est. fiat celum et factum est. Et in verbo illi⁹ stelle fundatæ sunt. et nouit numerum stellarū. Qui scrutatur abyssum et thesauros illarū: qui mensus est mare. et concepuit eius. Qui conclusit mare in medio aquarum. et suspen dit terram super aquas verbo suo. Qui extē

dit celum quasi cameram: super aquas fundavit eū. Qui posuit in deserto fontes aquarum. et super verticem montis lacus ad emitendum flumina ab eminenti petra. ut portaret terram. Qui finxit hominem. et posuit corpus suum in medio corporis. et misit ei spūm viam et intellectum et spiramen dei omnipotētis qui fecit omnia et scrutinat omnia abscondita in absconsis terre. Dic nouit adiumentos vestram. et quē cogitatis in cordibus vestris peccantes et volentes occultare peccata vīa. Propter quod dominus scrutinando scrutinavit omnia opera vestra. et traducet vos omnes. et vos confusi eritis cum processerit peccata vestra coram hominibus. et iniquitates erunt quē accusatores stabūt in die illo. Quid facietis. aut quō abscondetis peccata vestra coram deo et angelis eis? Ecce index deus: timete eū. Desinite a peccatis vīis et obliuiscamini iniquitates vestras iam agere eas in sempiterno. et deus educet vos. et liberabit de omni tribulatōne. Ecce enim incēdit ardor super vos turbē copiose. et rapiēt quosdam ex vobis et cibabunt ydolis osculos. et qui consenserint eis erunt illis in derisum et in impropterium et in conculcatōne. Erit enim locus locis. et in vicinas ciuitates exrectō multa super timentes dominum. Erunt quasi insani nemini parcentes. ad diripiendum et deuastandum adhuc timentes dominū. quia deuastabunt et diripient substantias. et de domibus suis eos ejiciēt. Tūc parebit probatio electorum meorum: vt avarum quod probatur ab igne. Audite dilecti mei dicit dominus. Ecce adsunt dies tribulationis. et de his liberabo vos. Ne timeatis nec hesitetis: quoniam deus dux vester ē. Et qui seruat mandata et precepta mea dicit dominus deus: ne preponderent vos peccata vestra: ne superelement se iniquitates vestre. Ce qui constringuntur a peccatis suis. et obteguntur ab iniquitatibus suis: quēadmodum ager constringitur a silva. et spinis tegitur semita eius per quam non transit homo et excluditur. et mittitur ad deuoratōz ignis.

Liber esāre quartus explicit. Incipit prologus beati Hieronimi presbiteri in libru Thobie.

Hchromatio et hiodoro episcopis. Hieronimus presbiter in domino salutez. Mirari non desino ex actōis vestre instantiam. Exigitis enim vt liberum chaldeo sermone conscriptum ad latīnum stilum trahaz. liberum utiqz thobie quē hebrei de cathalogo diuinarum scripturarū secantes. bis quē agiographa memorant: manciparunt. Feci satis desiderio vestro: nō tamen meo studio. Arguunt enī nos hebrei

orum studia. et imputant nobis cōtra suum canoneim latinis aurib⁹ ista transfrere. Sed melius esse iudicantis phariseorum displicere iudicio: et episcoporum iussionibus deseruire: institi ut potui. Et quia vicina est chaldeorum lingua sermoni hebraico. vtriusqz lingue perfectissimum loquacem reperies. vnius diei laborem arripui. et quidqd ille mibi hebraicis verbis expressit: hoc ego accito notario sermonibus latinis exposui. Orationibus vestris mercedem huīus operis recōpensabo cum gratum vobis didicero me quod iubere estis dignati: cōplesse.

Explīcit prologus in libru Thobie. Incipit liber Thobie. Capitulum primum.

bonus dominus. spersonaz describit aptā negocio.

Thobias ex 2 inter illos abductus. de quis b⁹ dī. p̄tō t̄calciata est terza. t̄bu et ciuitate neptali frote. Chusus mūdi rotam superās superiora querens. inferiora et volubiliora relinquit q̄ē isupiorib⁹ galilee supra naasō et retro enim relinquit viam spacioam que ducit ad mortē. Post viam quē ducit ad occidentem sinistram habens ciuitates se dannat. sephet enim litterā interpretat p̄het: Cum captus esset in diebus dyaboli. f̄ superboz. assit ius et m̄ dirigēs interpretatur salmanasar regis assiriorū. In ciuitate tamen positus viam veritatis non deseruit: ita vt omnia q̄ habere poterat quotidie concepti fūndis. uis fratribus ex eius genere imp̄t vel minor. f̄ oculis suis. vñ. quanto maiore es. bu. te in o. tūc irēt o. ad u. a. Tūc. Jeroboam nāqz q̄ fabriauit ad receptōne subditorū vitulos auroreos ydolatrie clōres exprimit: quozum complices significantur in subditis.

Nis que agio: P̄dot⁹ et ver⁹ dixisset iter agiographa. vt lage accepit agiographa. q̄si sancto p̄ scripta. et n̄ dī numero illorū nō vē q̄. p̄t̄ e dicit agiographa. q̄ sit dī cathalogo. b̄ ē dī nōrō. xiiij librorum. Cōsistit em̄ i p̄t̄bateco. 7. viij. p̄phetis. 7. ix. agiographis. Q̄ āt̄ sīn grecos i p̄ ordī. viij. ponit li. addēs p̄t̄bateco. iōsue iudicaz. et vocat ordinē illū eptateucū. ab epta septem et thesēos volumē!

Et quidquid. Et hoc dicne videretur yphole q̄ tā breui tpe tin op̄ videt adiplere Utiusqz lingue. Tenebat libz chaldei cū et legebat hebraice.

Ca. - - I.

Thobias ex. Beda. Liter thobie ē i superficie h̄ salutib⁹ Maximil em̄ virgo moralis et exemplis abūdat et monitis. Sed quantum poma folijs tantū historie allegoria p̄cellit. Maxima enim ecclesiæ continet sacramenta. Ipse enī thobias populū isrl significat q̄ ceteris gentibus ydolatrie dedit fide recta et operibus deo seruiebat. unde. Cū irēt o. ad u. a. Tūc. Jeroboam nāqz q̄ fabriauit ad receptōne subditorū vitulos aureos ydolatrie clōres exprimit: quozum complices significantur in subditis.

Neptali B. Latitudo. de qua. Latū mandatū tuum nūmis cuius tribus. i. filij populus fidelis eius ciuitas ecclēsia. De qua. Nō potest ciuitas abscondi supra montem posita

Supra naason. Naason angurū huīus ciuitas superiora anguratur. i. cōtemplatur celestia.

Cū cap. es. Thobie capiuitas humani generis capiuitates v̄signat per regem omnū prauorū. i. dyabolū qui nos dī patria celesti in huius exercitū vallem deiecit.

Ita vt. o. Tūc. Hic populus israel per doctores dīni verbi elemosinā non solum rudibus sue gentis auditoribus. sed gentibus ad iudaismū vniuersitibus ministrabat. Quidquid em̄ naturalis boni habuit q̄d hostis captiuans non abstulit: hoc si in exemplum virtutis ostendebat. et portionē salutaris scientie tanquam tecimam sue substantię aduenis: id est gentilibus offerebat.

Nihil tamē. Jam illud apostolicum gerebat in pectorē. Polite pue